

ὅσον ἡμισαδιαίξας τὰς ἡλικίας [cf. Odyss. λ.] ἐπὶ  
 νήσων μεγάλων προσπλέοντας, ὥσπερ ἐπὶ τριηρῶν.  
 οἶδα μὲν ἀπίστοις εἰκότα ἰσορήσων,  
 λέξω δ' ὅμως. Νῆσοι ἦσαν etc. — Fortasse  
 etiam c. 29. vbi de Lychnopoli finxit, in mente  
 habuit Herodoti descriptionem λυχνοκαΐας in ur-  
 be Sain. Lib. II, c. 62. quamvis ibi potius Ho-  
 mericum colorem video. — Sunt sine dubio  
 multo plura huiusmodi; haec enim tantum me-  
 moria teneo, qui quum ante hos quatuor annos  
 Herodotum legissem, in hunc libellum deinceps  
 incidi, ita vt nec studiose haec colligerem,  
 nec quidquam annotarem. Secutus autem est  
 Noster etiam hac in re Aristophanem, qui tragi-  
 corum ποῦτᾶν ἐήσεις ita perstrinxit, vt non  
 solum in Ranis singulis Euripidis prologis κωδά-  
 ριον aut ληκύθειον aut θυλάκιον applicaret. vid. vs.  
 1236 sqq. sed adhibitis etiam tragicorum for-  
 mulis inepta et ridicula exponeret. cf. Euripidis  
 Hec. vs. 162. vbi Hecuba queritur: Φεῦδος πρέσ-  
 βυς, Φεῦδοι παῖδες. et Aristoph. Nub. vs. 716  
 sq. vbi Strepsiades dicit: Φεῦδα τὰ χεῖματα,  
 Φεῦδη χροιά, Φεῦδη δ' ἡ ψυχὴ, Φεῦδη δ' ἐμβάς.  
 Quamquam quid haereo in his, genio nimis in-  
 dulgens!

Dicendum restat de indice, quem potius ob-  
 servationum philologicarum, ordine elemento-  
 rum propositarum, nomine vocarem, nisi mul-  
 tae voculae breuiter tantum essent explicatae.  
 Haud spero futurum esse, qui hunc indicem e  
 Reitziano conglutinatum et excerptum esse di-